Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift



in salutem omni credenti iudeo pri
mum et greco. Iustitia enim dei in eo
revelatur ex fide in fidem sicut scrip
tum est. Iustus autem ex fide uiuit.
℟ Adextris est mihi dominus ne commo
uear propter hoc dilatatum est cor me
um et exultauit lingua mea. ℣ Conser
ua me domine quoniam in te speraui
dixi domino ds meus es tu. Propter hoc.
Revelatur enim ira dei de celo sup. V.
omnem impietatem et iniustitiam
hominum eorum qui ueritatem di
in iustitia detinent. quia qd no
tum est dei manifestum est illis.
Ds enim illis manifestauit. ℟ No
tas mihi fecisti domine uias uite ad im
plebis me letitia cum uultu tuo delec
tationes in dextera tua usq; in finem.
℣ Conserua me dne. Delectationes. VI.
Inuisibilia enim ipsius a creatura
mundi per ea que facta sunt intellecta
conspiciuntur. sempiterna quoq; eius
uirtus et diuinitas ita ut sint inex
cusabiles. quia cum cognouissent
dm non sicut dm glorificauerunt
aut gratias egerunt. sed euanuerunt
in cogitationib suis. et obscuratum
est insipiens cor eorum. ℟ Diligam
te domine uirtus mea dominus firma
mentum meum et refugium meum.
℣ Laudans inuocabo dominum et ab in
imicis meis saluus ero. Dominus. VII.
Dicentes enim se esse sapientes stul
ti facti sunt. et mutauerunt glo
riam incorruptibilis di in simili
tudine imaginis corruptibilis ho
minis. et uolucrum. et quadrupedu
et serpentium. Propter qd tradidit il
los ds in desideria cordis eorum in
munditiam. ut contumelias afficiant
corpora sua in semetipsis. qui commu
tauerunt ueritatem di in mendacium.
et coluerunt et seruierunt creature
potius quam creatori. qui est benedic
tus in secula. am. ℟ Domini est ter
ra et plenitudo eius orbis terrarum et
uniuersi qui habitant in eo. ℣ Ipse sup
maria fundauit eum et sup flumina
preparauit eum. Orbis terrarum. VIII.
Propter hoc tradidit illos in passiones ignominie.
Nam femine eorum immutauerunt natura
lem usum in eum usum qui est con
tra naturam. similiter autem et masculi
relicto naturali usu femine exar
serunt in desiderio suo in invicem.
masculi in masculos turpitudinem
operantes. et mercedem quam opor
tet erroris sui in semetipsis recipi
entes. ℟ Ad te domine leuauit animam
deus meus in te confido non erubescam.
℣ Neq; irrideant me inimici mei etenim
uniuersi qui sustinent te non confunden
tur. Ds ms. Lectio. s. ev. scm. Iohnem.
In illo tempore. Nuptie facte
sunt in chana galilee. et erat ma
ter ihu ibi. et reliq. Dns epi.